Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8179
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

indutus alios cardinales uenientes exci
pere et honorar. non aut is: qui habet
domu sine titulo.

In uigilia Ascensionis fiunt uespere in
capella: ad quas pontifex cum pluuia
li albo et mitra preciosis. et cardinales
cum cappis rubeis accedere solent.

In die Ascensionis fit missa in basilica
quam prior pbros cardinalium cum
paramentis albis celebrat. Pontifex
cu pluuiali albo precioso: et cu thyara
pp bnedictione in logia danda: sed sine
processione: et sine baldachino. Cardi
nales cu cappis rubeis. et non portant
paramenta. fit sermo. sed indulgetia
non petitur: nec datur: quia dabitur
in logia post missa. Simiiter ut uen
tum e: itur ad logia pro bnedictione. ac
pro indulgentia. item multus sanctus
ostenditur.